

EPISTOLA V.

Genevam scripta.

S Hodie tuas literas constantis tuæ erga me meosque benevolentiaē testes accipi, ac ut tibi gratulor adventum in viciniam, & D. Bezæ institutionem: (a) sic precor ut tibi magis ac magis Deus benedicat. Libros, quos requiris emam, & una cum caractere Christiano (b) mittam, etsi hoc me monet, quod cum faceres spem tui ad nos reditus, qui certe exoptatissimus eveniet, tempus adeo angustum videtur, ut non ausim polliceri diu Genevæ usui fore. Intra mensem vix fieri poterit, ut Genevam deportentur. Si hic nuncius, qui Lausannam tantum proficiscetur, non recusabit, fasciculum Thesium his literis adjungam, ut tempestive habeas. Videris mihi aliquid te, natalibus & Domino

B 2

Paren.

edita *Eberhardus Tuestrenus*. Fuit J. V. Licentiat^{us}, inclutæ Reipubl. a secretis, & propter diversarum linguarum ut & veteris historię exactam cognitionem valde l. c. laudatus. Confer. Ep. Gra. & *Alb. Fabrici memoria Hamburg. Vol. I. § 11 do.*

(a) denuo elucet qui scopus fuit *Gryneo* in colendis & fovendis Norib. quos ad placita *Calvini* imbibenda formare omni modo conatus est, sed spe sine dubio apud plerosque excidit sua.

(b) sive libro de doctrina fidei spei & charitatis *Baafileæ 1580. impresso.*